habent. Itē fideles xp̄i unguunt vincti-
one sp̄ali. hec autē vinctio est sp̄s sancti
gratia. Simile est de hoīe: sicut de ae-
re. in die em̄ sp̄ est claritas nisi superuenit
at nebula: sic in anima hominis semper
est gratia sp̄s sancti: nisi ipsam expellat
p̄ immūdiā peccati. Dēsignat⁹ ei sp̄i-
tus sanctus cū immundicia habitare iu-
stra illud. Que communicatio lucis ad te-
nebras. Et dicitur sancta. qz de⁹ eaz in
habitat. ps̄. Dñe domū tuaz decet san-
ctitudo. Ap̄ls. i. Col. ij. Rescitis quia
templum dei estis. Luc. Templū dei i-
ter vos est. Tertio dicitur catholica. i. vni-
uersalis. Primo q̄ntū ad locū. qz p̄ totū
mundū predicat. Roman. i. Fides p̄
annūciat⁹ in vniuersa tra. ps̄. In oīm

vt dicitur
ad rom. 10
nis sine
Xeris quia
qui fuerunt
ad finem
z duritia
Quia tunc
quo nō dicit
romen. vnde
qui formos
z conantur
p̄ illos fideles
multiplicari
ne oportet
Eco. i. Imm
aditus ei. Et
mat. 23. Et
ad continentia
summatorem
Sicut calidū
Vna est mōdo
cū in celo. z hoc dē
bōne que in tres p
sacratum.
De vnde
Antoz
honem pe
lum fin
It̄ iudez radens
It̄ p̄ quo sc̄ndū
mū est bono sp̄i
suz cogitatio. Et
nobis credenda est
da comunicatio sci
peccatores ep̄item
tali p̄ripes sint
in ecclīa per quoz
Sicut si candela a
cū dicitur: omnes qui
candele p̄cipiunt
tur. sicut ob̄tacle
ob̄tētoraz intellect
Iuxta illud ps̄. Pa
us omnium timētes
quare comunicatio

terā exiuit sonus eoz. Secūdo q̄ntuz
ad sexim. q̄ nullus abijc̄t siue sit iuue
nis siue senex. siue masculus. siue femia
Tertio quātū ad t̄ps. quia oēs fideles
qui fuerūt a p̄ncipio abel iustiz qui vsq̄
ad finem mūdi erūt: hos continet ecclia
z durabit ip̄a etiam vsq̄ ad finē mundi
Quia regnū ecclie est firmissimum. ex
quo nō est subuersum p̄ tyrannos. s. ne
ronem. dyodecianū. arziū. iulianum
qui fortissime impugauerūt eccliam.
z conati sunt eam exterminare. S̄z q̄nto
p̄ illos fideles martyrizauerūt: tāto pl̄
multiplicati sunt. sicut filij isrl̄ a pharao
ne oppressi plus fuerunt multiplicati:
Exo. i. Immo nec antichrist̄ p̄ualebit
adius ea. s. ea ex toto ext̄minādo. T̄n
mat. xxvij. Ecce ego vobiscuz sum vsq̄
ad consummatōem seculi. sed post con/
summatōem tunc remanebit in celo.
Sed iam ecclia sancta diuisa est i tres
Una est in mūdo. alia i purgatorio. ter
cia in celo. z hoc designatur in diuisione
hostie que in tres partes diuidit̄ i missis
sacerdotum.

De vndecimo articulo.

Sanctoz communionem remis/
sionem peccatoz. Hunc articu/
lum fm̄ Henricū de sirma. posu
it Judas tadeus frater symonis z iaco
bi. Pro quo sciendum q̄ sanctoz com/
muniō est bonoz sp̄ualiu p̄ sanctos acq̄/
sitor̄ cōgregatio. Unde int̄ alia q̄ sunt
nobis credenda etiā specialit̄ est creden
da cōmunicatio sc̄toz in ecclia. Nā oēs
peccatores existentes sine peccato mor/
tali participes sūt omnū bonoz q̄ fiunt
in ecclia per quodlibet mēbrum ecclie
Sicut si candela accendat̄ p̄ aliquo spe
cialiter: omnes qui cū illo sunt beneficiū
candle percipiunt: nisi in visu impediā/
tur. scilicet obstaculo peccati mortal̄ q̄
obtenebrat intellectum z inficit affectū.
Iuxta illd̄ psal. Participem me fac de/
us omnium timentium te. Ratio autē
quare communia sunt bona ecclie est

charitas z vnitas fidelū. quia charitas
nō querit que sua sunt. sed quod vtile ē
et bonum multis. Ideo ip̄a est distribu
trix bonoz que fiunt in ecclia. Q̄ bonū
ecclie in singula membra corpis christi
mistici distribuaf̄ potest declarari p̄ tria
exempla. Primum est in homine: cuz cē
bus fuerit bene digestus dirigit̄ ad sin/
gula membra sana. Secūduz exemplū
est in arboze in qua humor p̄ radicē at/
tractus diuidit̄ p̄ singulos eius ramos
saltem nō aridos. Tertium exemplum
est in fonte emanāte q̄ diuiditur in mul
tos riuulos nō obstructos. Q̄n̄ aut̄ ab
homine aliqd̄ membrū v̄l ab arboze ali
qd̄ ramus amputatur: ad illū nō mittit̄
tur nutrimentū. sic quādo ab ecclia ali/
quis p̄scinditur p̄ heresim̄ aut inobediē
tiam aut excommunicationem seu cha/
ritatis amissionem. tūc priuatur sancto
rū cōmuniōne z bonoz ecclie participā
tōe. Et hoc q̄libet christianoꝝ debz ab
horreze z fugere. quia sic absclusus est in
statu damnatōis z oīm bonozū ecclie p̄
uatus. Sūt aut̄ tria p̄sidia inter alia q̄
a sanctorum cōmuniōne proueniūt. scz
indulgentia prelatorum. preces sancto
rum. z suffragia fidelium mortuorum.
Unde est sciendū q̄ indulgentie veniūt
de thezauro ecclie z sanctorum commu
nionē. Hūc thesaurum habent disp̄
re p̄lati ecclie plus z minus huic z istē
dando fm̄ causam rōnabilem. Quattu
or tamē req̄runt̄ ad hoc q̄ indulgentie
valeant fm̄ Tho. sup. iij. dist. xx. Duo
ex pte dantis. z duo ex pte suscipientis.
Ex pte dantis req̄runt̄ auctoritas z cau
sa rōnabilis. scz vtilitas ecclesiastica. Ex
pte suscipientis etiam duo. s. vt sit contri
tus z p̄fessus z faciat illud p̄ quo indul
gentia est data. Quo ad sc̄dam partē
articuli. s. remissionē p̄ccōz est tenēdū q̄
oē p̄ctm̄ siue sit actuale siue originale in
ecclia p̄t remediari z mederi. Nā p̄ bap
tismū tollit̄ oē p̄ctm̄ in baptisato nō ficte
accedere. siue h̄ q̄ rite baptisat̄ sit adult̄?

sive puulus Post baptismū at̄ q̄tēscūq̄
 q̄s lapsus fuerit in p̄ccm̄ siue sit mortale
 siue veniale poterit p̄ verā p̄niam repa-
 ri. Ergo firmiter quilibet credere debz
 q̄ in ecclesia catholica est remissio omni-
 um p̄ccōrū. z in nulla alia secta. qz extra
 eccliam non est sal⁹. Et p̄tra istū articu-
 lum faciunt hoīes despari: qui p̄t ma-
 gnitudinēvl̄ multitudinē p̄ccōrū despe-
 rant. q̄d ē maximū p̄ccm̄. Vñ Ihd̄. de
 sum. bo. Desperatio ē peior omni p̄ccō/
 Vñ etiā Aug⁹. sup̄ iohem. De nemi-
 ne desperādum ē: dum est in hac vita. so-
 lum em̄ desperatōis crimē est q̄d mede-
 ri non p̄t. Ergo credere debem⁹ remissi-
 onē p̄ccōz:

De duodecimo articulo.

Carnis resurrectionē z vitāz eter-
 nam amen. Hunc articulū po-
 nit beatus Mathias ap̄ls vbi
 duo tāgit. Primo generalē resurrectōez
 vbi dicit. carnis resurrectionem. Secū-
 do et̄nā glām dicens: vitā et̄naz. Circa
 p̄mū notandum q̄ oēs hoīes simul re-
 surgēt in nouissimo die. Vñ Iohis. 5.
 Venit hora in q̄ oēs q̄ in monumentis
 sūt audiet̄ vocē filij dei. z qui audierint
 viuet̄. Itē ap̄ls. i. ad Cor. 15. Oēs q̄/
 dem resurgemus. Vñ credēdū est omī
 christiano q̄ quilibet homo idem in nu-
 mero resurget cū eodē corpe in quo iam
 viuit Vñ Job. 19. Rursum circūdabor
 pelle mea: z in carne mea videbo deum
 saluatore meum quem visurus sum ego
 ip̄ez nō alius. Ad denotandū idēptira-
 tem p̄riū corpis. Quis em̄ corpe in cine-
 rem et in puluerem redactum sit: tamen
 oīa ista que spectāt ad cōplēmentū corpo-
 ris redibūt. z idem corpus resurget. Et
 eadē aīa illius hoīs hoc idē corpus sibi
 assumet. z ei p̄iūget. Hoc patz. qz si hō
 qui meruit debeat p̄mīari vt iustus ē: ne-
 cessē est: vt idem corpe z eadē aīa ī resur-
 rectōe itez p̄iungant̄ que prius fuerunt
 sūt p̄iuncta dū viuerēt an̄ mortē Nā si aīa
 aliō corpe assumēt: n̄ eēt resurrectio. sed

noui corpis assumptio. Ex hoc patz q̄
 idem corpus in numero cuiuslibet electi
 q̄d nūc est grossum. mortale. corruptibi-
 le. defectuosum. obscurū. passibile z gra-
 ue: hoc erit in resurrectōe īmortale. sub-
 tile. incorruptibile sine defectu: z clarū. ī
 passibile z agile Et dico notāter cuiusli-
 bet electi. qz corpa reproboz erūt valde
 passibilia grossa ponderosa z obscura.
 Sz q̄reret q̄s de etate resurgentū z q̄n-
 titate. R̄ndetur: oēs in eadē etate resur-
 gent. sicut xps q̄ fuit. xxxij. annoz z q̄si
 dimidiū. Sic in eadē etate oēs resurge-
 mus tā senes q̄ iuuenes. Et in illa q̄n-
 titate stature resurget vnusq̄sq̄ quā nūc
 habuit vel habuisset si ad talē etatē pue-
 nit vel puenisset sine impedimēto sui sta-
 tus Vñ ap̄ls ad eph. 1. ij. Donec occur-
 ramus in virū p̄fectū in mēsurā erat⁹ ple-
 nitudinē xp̄i **X** Quātū ad secū-
 dam p̄tem istius articuli vbi dicit vitam
 et̄nā Sciendū q̄ qlibet homo debet
 credere vitam et̄nā: q̄ vita ip̄e de⁹ est
 Iohis. xij. Ego sum via veritas z vi-
 ta. Et ideo aīna que semp erit p̄iuncta
 deo semp habebit vitam et̄nam. Et
 nota q̄ vita et̄na omnibus bonis ab-
 undat. Et ideo est finis omnū desideri-
 orum nostrorum. nam in vita et̄na sen-
 sus delectabitur. intellectus illuminabi-
 tur. affectus quietabitur. appetitus sa-
 tiabitur. Vñ Augustin⁹ libro. ij. de
 ciuitate dei. O chare illam vitam āple-
 cti debuisti vbi est vita sine morte. lux
 sine tenebris. iuuet̄ sine senectute. pax
 sine discordia. volūtas sine iniuria. reg-
 num sine commutatōe. quia non amit-
 titur. Vñ de Job an̄is. xvi. Gaudium
 vestrum nemo tollet a vobis. Et taz ex-
 cellens est illud gaudium: z tam multa
 sunt ibi bona q̄ de singulis dicere q̄ ibi
 erunt deficit humanus intellectus. nō
 solum human⁹ s̄ et̄iaz angelicis. ap̄lo
 attestāte. q̄ ait. i. Ehoz. ij. Qd nec ocul⁹
 vidit: nec aur⁹ audiuit: nec in cor homi-
 nis ascendit q̄ p̄parauit deus his q̄ vult

[Marginal notes on the right side of the page, partially obscured and written in a smaller, cursive script.]

gūe illū. **U**n etiā ps. Om̄ mille añi añ
oclos tuos sicut dies besterna q̄ p̄terit
Ad quā vitā nos pducatur iesus xps ma
rie filius: q̄ sine fine viuit z regnat Amē

Incipit tractat⁹

de septem sacramētis.

Sacramēta sunt septē q̄ de
us instituit, z in q̄libet sa
cramēto dat̄ gr̄a digne re
cipienti ip̄m sacramentum
Querit̄ q̄ sunt sacramēta
nēcitat̄is. **R**ūdeo fm̄ Ray. q̄ q̄nq̄. s.
baptisim⁹. zfirmatio. eucharistia. p̄ma.
et extremavntio. **E**t dicūtur nēcitat̄is
q̄ sunt in p̄cepto. z tenet̄ q̄libet ad ea
susciptenda p̄ loco z tpe. **R**eliq̄ duo sūt
sacramēta volūtāt̄. s. ordo z matrimo
niū. **Q**uerit̄ vtrū sacramēta debeant
p̄ctōibus dari. **R**ūdeo fm̄ Raymun/
dū p̄pter occulta p̄ctā nō p̄nt sacramēta
denegari alicui nisi p̄ amonitōez secre
tam in sp̄ali: vel publicā factā in gene
rali. vt p̄z de p̄se. di. ij. c. phibeat. **E**x
st̄ens aut̄ in p̄ctō mortali: siue occulto si
ue manifesto mortāl̄ peccat recipiēdo
vt p̄z dist. xl. c. multi. z. xcv. c. illd̄. xi. q.
ij. c. audi. **S**ilr̄ z ministrās sacramēta
in p̄ctō mortali peccat mortāl̄. **Q**ueri
tur. vtrū possint iterari sacramēta. **R**ū/
deo tria sacramēta nō p̄nt iterari. s. bap
tism⁹ z zfirmatio z ordo. q̄ in collatōe
cuiuslibet triū p̄dictōz imp̄m̄it̄ caract̄
aie. q̄ etiā p̄ mortē ab aīa nō p̄t separi.
Un si q̄s resuscitaret̄ nō esset baptisā/
dus. nec zfirmāndus. nec reordināndus.
Sec⁹ est d̄ q̄rtuor̄ alijs sacramētis **U**n
Hugo de scō vic. dr̄. **S**i lazarus p̄ re
suscitatōem voluisset resumpsisse vxores
suā: oportuisset q̄ d̄ nouo ztraxiss̄ **U**n
p̄ mortē soluit̄ m̄rimoniū. **S**ilr̄ eucha
ristia z p̄ma z extrema vntio reiterant̄

De p̄mo sacramēto. s. baptisimi **A**
Baptisimus est p̄mū sacramētū z
ianua oīm sacramētoz. z etiā est

fundamentū oīm sacramētoz. quia nul
li cōfert̄ añ ip̄m in ecclia aliq̄d sacramē
toz. **Q**uerit̄ quis sit effectus cathecis
mi. **R**espōdeo fm̄ **T**ho. in. iij. dist. vi.
q̄ exorcismus habet effectū in corpore z
in aīa. quia minuit̄ p̄tatem demonis ne
possit tantū in hoīe sicut p̄us. ne bap
tism⁹ z alia bona impediāt. **S**ed p̄dic
ta potestas demōis total̄ in bap
tismo tollit̄ **S**icut pharo p̄us flagellatus est
p̄lo nō egresso de egypto. z postea po
pulo egresso total̄ i mari rubro **Q**uod
est figura baptisim⁹ d̄ submersus. **Q**ue
rit̄. vtz om̄es teneant̄ ad bap
tismū. **R**espōdeo fm̄ **T**ho. in. iij. dist. vi. **Q**uilibet
tenet̄ etiā sanctificatus in vtero p̄
ter tres rōes. **P**rimo q̄dem p̄pter acq̄rē
dum caractere quo adunet̄ p̄lo dei. et
quasi deputet̄ ad p̄cipiēda diuina sacra
mēta. **S**ecdo vt p̄ bap
tismū susceptōem
passioni xpi corporaliter cōformet̄ **T**er
tio p̄pter bonū obediētie. q̄ p̄ceptuz de
baptismo oībus datum est. **J**ohis. iij.
Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua z c̄. **Q**ue
rit̄ vtrum bap
tismus aque possit in ali
quo suppleri. **R**espōdeo fm̄ **P**etrus de
tharentasia fm̄ cōem legem non pōt in
puulis suppleri: cum nō possint habere
vsum liberi arbitrij. **S**ed si p̄ christo oc
cideretur: p̄ie credit̄ q̄ saluaret̄ sine ba
ptismo aque. **I**n adultis aut̄ p̄t suppleri
p̄ bap
tismū flaminis siue contritiōis
et p̄ bap
tismū sanguinis. id est marty
rij. **E**t hoc intellige quādo est articulus
necessitatis. **Q**ueritur vtrum puer in
vtero existens possit bap
tismi. **R**espō
deo fm̄ **T**homa vbi supra: nō potest.
quia talis deo notus est non ecclie. nec
subijci potest operatiōi ministroz ec
clesie. **U**nde **A**ugustinus dicit. q̄ sicut
qui non vixit nō potest mori. ita qui na
tus nō fuerit non potest renasci. **N**ō de
bet autē mater sc̄ndi vt puer poscit na
sci et bap
tismi **Q**uia fm̄ ip̄sum nō sunt
facienda mala vt eueniant bona. debet
tamen ip̄a mater sc̄ndi si iam defuncta

De sacramento

esset. et puer adhuc in ea viueret. **Q**ueritur. quid faciendum esset quando appareret aliquod membrum pueri et timeret imminere mortis periculum. **R**espondeo quod in tali periculo egressa parte principali. scilicet capite baptisari debet. **S**ecundum est de alijs partibus: ut de manu vel de pede. quibus non noceat si ille presens aspiciatur baptisati aqua. quia diuina misericordia non est artanda. **E**t si postea plenarie nascatur tunc sub tali cautela baptisetur sub hac forma. **N**on te rebaptisabo si es baptisatus. sed si non es baptisatus: tunc ego baptiso te in nomine patris et filii et spiritus sancti. **S**ciendum quod materia baptismi est aqua pura naturalis. **N**on baptismus non potest fieri in vino. nec in ceruisia. neque in urina. neque in aliquo alio liquore. **S**ed forma verborum baptismi est hec. **E**go te baptiso in nomine patris et filii et spiritus sancti. ut patet extra de baptismo. ca. primo. et sine his verbis non potest fieri baptismus. **S**ciendum quod ille vetule que pueros baptisant in articulo mortis sic dicentes *Solt du leben so sig dyr das eyn bar. solt du aber dan sterban so sig es eyn douff: in nomine patris et filii et spiritus sancti.* **T**ales mulieres cum talibus verbis non baptisant. **Q**ueritur qui possint baptisare. **R**espondeo quod debet minister baptismi secundum omnes theologos est sacerdos. **S**ed in necessitate quibuslibet potest baptisare. siue vir siue mulier fidelis siue infidelis: dummodo habeat intentionem baptisandi et seruet formam ecclesie. **S**ed tamen clericus non debet baptisare presente presbytero. neque laicus presbitero clerico. neque mulier presbitero viro. ut patet dist. iij. c. mulier. **Q**ueritur. utrum baptismus debeat per aliquod tempus differri. **R**espondeo secundum beatum Thome. **M**agis est laudabile quod puer quam citius potest fieri baptisetur. **P**rimo quia interim mori posset et damnaretur. **S**ecundo. quia demones non habent tantam potestatem in baptisatis sicut in non baptisatis. neque quantum ad nocumeta spiritus alia neque ad corporalia. **Q**uis

est effectus baptismi. **R**espondeo quod baptismus habet multiplices effectus de quibus aliquos hic dicam. **P**rimus est quod baptismus secundum Bonaventuram super iij. dist. iij. digne suscipientibus delet omnem culpam originalem mortalem et venialem et restituit primariam innocentiam quo ad animam. **H**oc probatur. quia si sic moreretur statim ad celum euolaret. sed hoc non fit nisi omni culpa deleta. igitur etc. **S**ecundus effectus. quod ignem infernale et etiam purgatorij extinguit quantum ad ipsum baptisatum. ut de cetero ignis infernalis vel purgatorius non possit in eum agere nisi ipse post modum peccando reaccenderet eum contra se. **N**on admiranda est fatuitas illorum qui post baptismum peccant cum voluntarie ignem in proprium subiectum reaccendunt. **T**ertius effectus quod baptismus delet omnem satisfactionem pro peccatis quam homo in presenti deberet pro peccatis suis explere: ut patet. quia si aliquis infidelis iudeus vel paganus mille annos vixisset. et omni die mille peccata mortalia commisisset si crederet et fidem susceperit. et sic cum deuotione baptisatus fuerit: tunc nulla penitentia satisfactoria sibi imponenda est pro omnibus peccatis suis. quia baptismus tollit omnem satisfactionem. **E**t si talis sic post baptismum moreretur statim ad celum euolaret. **Q**uartus effectus est quod foetum mitigat. quia in baptismo datur gratia ad suppressum fomentum peccati. **S**ed diceret quis. quare baptismus non delet omnem fomentum peccati sicut delet peccatum originale de quo fomes procedit. **R**espondeo quod propter fragilitatis propter cognitionem et propter naturam humilitatis. **J**ob. vi. *Que enim fortitudo mea ut sustineam. Et ut inuocemus diuinum auxilium et dei misericordiam ut preseruet nos a malis. ps. Mi serere mei domine quoniam infirmus sum. Item propter exercitacionem. scilicet ut resistamus vicij et concupiscentijs carnalibus et sic habeamus materiam exercendi fructus et mercedi glorię. **N**on Breg. **T**emptatio cui*

non consentit nō est peccatū: h̄ est mate-
ria exercendē virtutis. Ambro. sup lucā
Nemo poterit coronari: nisi vicerit. ne-
mo autē p̄ vincere nisi an̄ certauerit. **U**n̄
debemus viriliter pugnare cōtra carnes
nostrā. z contra ea vicia ad q̄ naturalit̄
inclinati sum⁹: siue sit ira siue inuidia: si-
ue luxuria. **U**nde Bern̄ Quoties resti-
teris: totiens coronaberis. **E**ryt mul-
tas coronas mereamur tūc fomes peccī
in nobis manet: z non delet ex toto ī ba-
ptismo quīs mitiget. **Q**uint⁹ effect⁹
ē a potestate diaboli liberatio. qz bap-
tizatus ex toto a potestate diaboli eripit̄
vt de cetero non possit diabolus in euz
nisi p̄ consensum peccī se ei subijciat. **U**nd̄
Bern̄. in quodā s̄mone. **P**otest inimī-
cus exarare temptatōis motū. h̄ in te est
si volueris dare seu negare consensum. er-
go diabolus est sicut canis ligat⁹ qui p̄t
erga hoīem latrare h̄ non p̄t cū ledē nī-
sivelit ad eū accedē. **U**n̄ Aug⁹. sup ps̄.
Diabolus plerūqz vult nocere: h̄ nō po-
test: quia potestas eius est sub prāte dei
Nam si tm̄ posset nocere diabol⁹ q̄ntuz
veller: aliq̄s iustoz nō remaneret. **A**m-
bro. sup lucā. **D**iabolū nocere nō pos-
se cognoscas. **S**ext⁹ effectus est: qz
hoīem efficit templū dei. **S**ignatum
est in hoc qz sp̄s sanctus descendit in spe-
cie columbe sup christū baptizatum. vn-
de tota trinitas mansionē habet in ba-
ptizato. **J**oh. i. 4. **A**d eū veniem⁹ z mā-
tionē apud eū faciemus. **E**rgo male fa-
ciunt qui post baptismū scienter morta-
liter peccāt. **E**xpellūt eū patres z filii
z sp̄s sanctum. z diabolū introducūt
qui expulsus antea fuit per baptismum
qui nihil habet eis dare: nisi eternū sup-
plicium: z eterna mala. **S**eptim⁹ effe-
ctus est qz caracterem imprimat q̄ est in-
delibilis. quo caractere christiani bap-
tizati a n̄ christianis in die iudicij discer-
nentur. z bonis cedat ad magnum ho-
nozem malis autem ad malam confusi-
onem. **Q**uia caracter ostendit: q̄ ip̄i ser-

uituti christi se subdiderūt. et in bap-
tizatio diabolū z eius pompis renūciauerunt.
Opera eū eorum mala associata
caracteri ostendūt qz infidelibus deteri-
ores z abominabiliores facti sunt p̄-
ter iniusticias suas. **U**n̄ Aug⁹. **Q**uan-
to gradus altior: tanto casus decliuor.
Sed quia christiani per signum carac-
teris sunt sup omnes infideles exaltati.
ergo eorū casus erit eorum maior cōsu-
sio. **O**ctauus effectus est. qz filiū dei
efficit. ad quod signādum sup christum
baptizatum audita est vox illa. hic est fī-
lius meus dilectus. **E**x quo elicitur cū
quāta diligētia nutriendi sunt tales fī-
lij summi regis. qz si cum omī diligētia
nutriūtur filij comitum vel regum terre-
noz. cum quāta diligētia nutriendus est
puulus quem cōstat esse filium dei **D**e-
illis q̄ sunt in adulta etate nescitur vtrū
sint filij dei vel filij diaboli. **E**cclias. ix.
Nescit homo an amore vel odio dign⁹
sit. **S**ed de puulo q̄ est baptizatus quē
nō dum est in etate qz possit peccare: con-
stat qz est filius dei **U**nde multū peccāt
mulieres z matres q̄ male tractant su-
os pueros maledicēdo ip̄is. quod nullo
modo licet. **S**ed reuerētē tractādī sūt
p̄pter reuerentiam dei qui eos inhabitat
Honus effectus est celi apertio. **E**c-
in hoc ostendit magna virtus baptismi
qui cum in terra exhibeatur: in celo ta-
mē opatur. **A**d designādum hūc effec-
tum baptismi voluit dñs celum aperiri
cū baptizaret a **J**ohāne baptista in ior-
dane. vt in hoc ostēderet qz q̄ cito bap-
tizatus in innocētia baptismali decedat
euolat inueniēs sibi celū sp̄ apertū: cum
an̄ baptismū homini adulto infern⁹ fu-
it apertus. z puero puo lymbus. **E**x quo
patet quāta sit fatuitas mulierū que in-
cōsolabilr dolent de morte pueroz suo-
rum q̄ post baptismū decedūt an̄qz bap-
tizalē innocentia p̄diderūt. **V**alde fa-
tuū est eas dolere de hoc qz filij eorum
trāseunt a societate hominū ad societate

E De Sacramento

tem angeloz. a valle lachrymarum ad gloria. de exilio ad patriam. Filii enim vident inuidere desiderantes eos potius esse in hoc exilio quam in celo. **G**audere deberent potius quam filii sui de facili tantam gloriam acquirunt propter meritum passionis christi. ex qua baptisimus habet suum effectum. sicut et alia sacramenta. et solum dolere debet si propter culpam parentum filii decessissent.

Pueri quibus moriuntur propter culpam parentum Arctes possunt demereri in sex casibus quod pueri eorum moriuntur.

Primo quoniam nimis corde intimo diligunt pueros. et maiorem complacitiam et amorem ad eos habent quam ad deum. tunc deus quibus ex sua bonitate subtrahit eis pueros. ut cor eorum ad deum erigat et eorum diligat. **U**n **A**ugustinus. Hoc ab homine colitur quod pre ceteris diligitur. Ergo si pueros supra deum diligunt eos deum suum faciunt. **E**t gestatio que illi pueri qui sunt multum affabiles et prudentes cito moriuntur. Quia parentes cum nimio affectu eos diligunt et cum nimia sollicitudine secundum cursum mundi nutriunt. **S**ecundo cum quis inhonorat suos proprios parentes: tunc quibus puniuntur in suis propriis filiis. **U**n legitur in cesario quod quidam inhonorauit suos parentes. et omnes filii eius in breui defuncti sunt. **T**ertio si res iniustas habent: tunc deus ex sua bonitate tales pueros morti permittit. ne ipsi pueri cum iniustis rebus una cum parentibus damnarentur: hoc que supra. **Q**uarto propter malum exemplum parentum: quod puer talis fuisset forte imitatur vitam puersam parentum suorum. et sic etiam puerus et malus effectus. si superuixisset. **Q**uinto contingit quibus propter hoc quod propria mater non vult pro se lactare suum proprium filium. sicut diuites mulieres que presueverunt habere nutrices: tunc quibus lacipius nutritis non est pueris ipsi puero sicut lac matris de quo nutritus est in verbero et assuetus: sic quibus pueri moriuntur qui quandoque superuixissent si propria mater eos lactasset. hoc probatur per hoc: quod qui sumit aliquem cibum quem antea non sumpsit: non ita comperit sue nature sicut abusus

assuetus: ita etiam de puero. **S**ciendum tamen quod quandoque aliqui mater pro se non potest lactare puerum suum: tunc querenda est nutritrix fructuosa. quod puer inclinatur secundum naturam nutritis sue que eum lactauit. **S**exto contingit quandoque ex negligentia parentum sicut parentes qui pueros non custodiunt sed eos quandoque ad aquam vel ad ignem ex negligentia sua cadere permittunt. **U**el etiam qui pueros secum collocant ad lectum et eos in somno dormiendo suffocant quod oino cauendum est. **E**t si in aliquo istorum sex iam predictorum parentes rei essent: tunc dolere deberent de morte puero suorum.

De signis que fiunt ante et post baptismum

Signa ante baptismum quattuor sunt. et post baptismum tria sunt. **Q**ueritur quid ista significet. **R**espondeo. quod prima exsufflatio et insufflatio signat spiritus maligni expulsionem. et boni introductionem. **E**rgo sacerdos dicit. **E**t maligne spiritus. **S**ecundo salis immisio vel linitio signat gratiam et sapientiam et a peccatorum putredine preservationem. **U**n gratia datur homini in baptismo. si vultur illa gratia tunc potest cum adiutorio dei. et mediante illa gratia viuere absque omni peccato mortali usque ad mortem. **E**t de hoc querere supra. **T**ertio saline tractus ad aures et nares sensum signat spiritualium operationem ad audiendum et intelligendum ea que sunt salutis. **Q**uarto unctio olei in pectore signat amorem dei quem debet gerere in corde suo. **E**t in ter scapulas signat deuotam subiectionem preceptorum dei et ecclesie. salz ad obediendum deo et prelati ecclesie. **U**n **B**ernardus. **Q**uia quid vice dei percipit homo quod non sit certum displicere deo: hoc omnino est accipiendum quasi percipiat deus. **U**n **L**uce. **x**. **Q**ui vos audit me audit. et qui vos spernit me spernit. **T**ria vero alia sunt post baptismum. **P**rimo crismatio in vertice que signat christi gratiam in mente unquam. **S**ecundo ipso

libro de...
damat...
inocent...
et qui...
puer...
et non...
nec ha...
lam pu...
modo...
pena...
oim il...
rimo de...
eque...
lum a...
puer...
danni...
G...
tois pu...
tripo...
pido...
ber...
p...
fap...
ben...
tore...
ec...
lis...
G...
m...
di...
fo...
rins...
ap...
nec...
gra...
vi...

De la...
confirm...
Q...
tum...
q...
pia...
pl...
eo...
aus...

factio cerei ad manū signat fidei z amoris claritatem. Tertio vestis candida signat innocentie restructōem. **N**otādū q̄ pueri qui sine baptismo decedūt ad lymbū pueroꝝ descendūt. vbi est pena damni et nō sensus. quia nec esuriūt neq̄ sitiūt nec habēt frigus nec calorē. simplr nullam penam sensibile sustinent. s̄ solummodo q̄ sint puari visione dei. z hec est pena damni. **Q**uerit̄ vtz pueri iudeoꝝ siles sint pueri christianoꝝ sine baptismo decedētū. **R**ūdeo q̄ sic. q̄ habēt eālem culpaz. s̄ peccatū originale. z nullum actuale nec christianoꝝ nec iudeoꝝ pueri. ergo habēt eālem penā s̄z penā damni. **S**z q̄ infidelis ad ānos discretois puenerit. si tunc nō susceperit fidei tūcipo facto peccat mortaliter nō suscipiēdo fidē. **E**t nullā excusatōem p̄t habere infidelis. q̄ fides xp̄iana p̄dicata ē p̄ vniuersum mūdum. **E**n̄ xp̄s dixit de sapulis suis **Marci. xvi.** Euntes in orbem vniuersum p̄dicare euāgelii oī creature. **p̄s.** In oēm terram exiit sonus eorum zc. **E**t q̄ncūq̄ morit̄ talis infidelis: tūc immediate ad infernū descendit. **E**n̄ **Marci. xvi.** Qui crediderit z baptisatus fuerit saluus erit. q̄ vero nō crediderit dānabit. **I**nsup quotienscūq̄ i fidelis: siue paganus siue iudeus vsurōnis habēs sciēter facit p̄tra aliq̄d preceptoꝝ dei: toties peccat mortalr. z ignorātia nō excusat tales. **E**n̄ **Aug.** de grā z li. ar. **J**ō diuina p̄cepta data sunt vt excusatio de ignorātia nō habeat

De sacramento confirmationis.

Qonfirmatio vtrū sit sacramentum necessitatis. **R**espōdeo q̄ sic: z hoc p̄pter spūalem pugnā ad quā hō iuuat. licz simplr nō sit sacramētū necessitatis. q̄ sine eo p̄t hō saluari. s̄ nihilomin⁹ p̄temp⁹ eius damnabilis est. **N**ec **Tho.** in. iij

dist. vij. **U**trū p̄feratur grā in sacramento p̄firmatōis. **R**espōdeo s̄m **Tho.** q̄ grā p̄fertur nō solū cōiter sicut in quolibet sacramento p̄fert grā emūdans a peccato. sed etiā sp̄calis grā p̄ quā quis deputat ad effectū scitatis. z ydoneus fit ad xp̄m p̄fitēdū. **E**n̄ de grato facit magis gratū. **I**te querit̄. q̄b̄ debeat p̄ferri. **R**ūdeo s̄m b̄m **Tho.** **O**m̄ibz xp̄ianis: etiā pueri: viris: z mulieribz q̄bus cōis est pugna spūalis. q̄ s̄m **Job. vij.** **V**ilitia est vita hoīs sup terrā. **E**t sciendū q̄ ad p̄firmatōem sex requirunt. duo ex pte sacramēti in se. s̄ materia crismatis. z forma verboꝝ q̄ talis est. **S**igno te signo crucis: p̄firmo te crismate salutis. in noīe patris z filij z spūs sancti. **D**uo ex pte ministri. s̄ dignitas pōtificialis. z intētio debita. **D**uo ex pte suscipientis. s̄ frons in qua debet fieri crismatio. z q̄ p̄firmandus sit baptisatus. **E**t sciendū q̄ vinctio crismatis triplr fit in tribus sacramētis q̄ imp̄munt caracterē. **I**n baptismo fit in vertice ad designandū fidei susceptōem. **I**n p̄firmatōe fit in frōte ad designandū audaciā p̄fessionis xp̄i noīs **I**n ordine fit in manibz ad designandū p̄tatem p̄secrādi corpus xp̄i. **E**t effectus p̄firmatōis ē multiplex. **P**rimo. q̄ grām datā in baptismo p̄seruat. **p̄s.** **C**onfirma hoc de⁹ qd̄ opat⁹ es in nob. **S**ecdo ad militiā spūalem p̄parat. z q̄ oēs xp̄iani debēt eē in bello xp̄i. ergo oēs debēt recipe hoc sacramētū. vt facilius possint p̄tra mundum: carnē: z diabolū pugnare. **T**ertio ad p̄fessionē p̄stantem noīs xp̄i aiāt quem oportet verū deū z verū hoīez cōfiteri. **P**rimo oportz vt p̄iteamur eum s̄m diuinā naturā patri z spūs cōcoeq̄lem. quod notat in forma verboꝝ vbi fit expressio trinitatis. **S**ecudo vt cōfiteamur eū s̄m humanam naturā crucis supplicium p̄tulisse. qd̄ notat in crucis cōsignatōe que fit in frōte. **E**t ne erubescamus vel timeamus ch̄istū confiteri.

De sacramēto

Tertio vt intus et extra nos spūali deco-
re ornent. intus q̄dem p̄ sciētie puritatē
et extra p̄ odorē bone fame. Et hec duo
signant in crismate q̄d p̄ficiuntur in oleo
p̄pter p̄mum. et balsamo p̄pter secūndum.
Quarto in bonis agendis vel malis su-
stinēdis roborat. datur em̄ hic spū sanctus
ad roborandū. **Q**uinto aiām et cor-
pus armat. aiām q̄dem p̄pter imp̄ssio-
nem characteris. corpus vero p̄ clypeū
crucis. **S**exto p̄ istud sacramētū sūt fide-
les pleni xp̄tiani: plenitudine dico copie
q̄ tū in baptismo pleni facti sūt plenu-
dine sufficiētie. **S**eptimo post pugnam
coronat. q̄d notat in vitra que circa ca-
put ligatur. **C**ōfitendū ē at̄ de isto sacra-
mento si q̄s illud in peccato mortali rece-
pit. **Q**uia q̄cumq̄ hoc sacramētū in pec-
cato mortali recipit mortalit̄ peccat. **E**r-
go iuuenes q̄ debēt cōfirmari inducēdi
sunt vt antea p̄fiteant̄. et insinuat̄ sunt
eis effectus sacramētī cōfirmatōnis. vt
eo maiore deuotōem ad illud sacramē-
tum digne p̄cipiendum acq̄rant.

De tertio sacra-

mento scz penitētia.

Penitētia s̄m Aug^o. est mala
p̄terita deplangere: et plāgēda
iterū nō cōmittere. Penitētie
vtilitas et dignitas ostēdit̄. **P**rimo in h̄
q̄ nihil est q̄d deo tantū placeat inf̄ om-
nia in peccatore sicut penitēteret ap̄lius a
peccatis cessare. **H**oc p̄bat̄. qz si dares
deo om̄ia bona r̄galia q̄ habes et om̄es
paupes pasceres. et infinita monasteria
et ecclias p̄strueres: deo nō places nisi
peniteas. **I**tem si habueris oēm sc̄iam
ita qz p̄ totū mūdū pacē faceres: oīa bo-
na in mūdo p̄silio tuo disponderes. **I**tem
si lingua hoīm loq̄reris et angelorū. i. qz
tot p̄uerteres p̄ctōres vt oēs p̄dicatoēs
ab initio mūdi p̄uerterit: factus es ve-
lut es sonās. qz alijs p̄des s̄ teip̄m con-
sumis si a p̄ctō nō cessas. **I**tem si tradi-

deris corpus tuū ita vt ardeas: deus tū
nō placas nisi peniteas. et a p̄ctis cesses.
Quā deus p̄tridēz et p̄māz diligit. qz p̄
hoc de celis in terrā. de angel̄ ad p̄ctō-
res. de delictijs in enarrabilibz ad penas
inestimabiles venit. imo tū p̄mā affe-
ctat d̄ns. qz cū oīa bona in celis habere
cū angelis p̄ nob̄ p̄mā assumpsit. vt
eius p̄ctōratē p̄ctōribz p̄bo et exemplo
p̄mendarer̄. **I**uxta illud **Mat̄. ix.** Nō
veni vocare iustos s̄ p̄ctōres ad p̄mā.
Et iā sancti assumpserūt p̄mā. vt sc̄is
iobes bap. br̄a p̄go maria q̄ nō deliquē-
rūt. **S** multo magis nos p̄ctōres. **I**tem
diabolo nihil molestius est resp̄cū p̄ctō-
ris q̄ p̄ctōres vere penitē. nō em̄ ip̄m tā-
tū molestares o p̄ctō. **C**vt p̄ impossibile lo-
q̄r̄. Si em̄ in camino poneres. si suspēdes
si rotares. nō tantū tristat̄ quo ad ali-
qd. instantū tristat̄ de p̄mā hoīs q̄ in p̄-
petuū tāto tristior est. **B**aruch. v. Sic
gausa est in tua ruina et letata est in casu
tuo babilon. sic tristat̄ in tua cōso-
latōe. **I**deo aut̄ tantū dolet qz tā longū
labore in tep̄didit et valde p̄fundit ex eo
qz hō debet venire ad tantā gl̄am: de q̄
ip̄e cecidit. **B** **C** **I**tem nihil hoī p̄ctō-
ri vtili^o q̄ a p̄ctō cessare et penitē. et nō si
bi eēt tā vtile qz q̄t̄ die p̄ eo tot mille de
cantarent̄ q̄t̄ stelle sunt in celo. et oēs sc̄i
p̄ eo interpellarēt. et si celū q̄tidie ei ape-
rīrēt et plueret s̄m velle suū. et sol et luna
et stelle s̄m volūtātē suā cursū suū pa-
gerēt. imo si q̄tidie angeli descēderēt de
celo et loq̄rent̄ ei. et rapet̄ in aerē ab ange-
lis sicut factū est aliq̄b̄ sc̄is. imo si beata
p̄go loq̄ret̄ ei. **N**ec mirū cū ip̄e d̄ns sepe
locut̄ est cū iuda. et tū d̄natus ē. **S**i in-
terrogares om̄es sc̄os de vtilitate p̄mē:
Rūderēt qz q̄libet eoz veller̄ tecū p̄ctō-
pare suū donū q̄d a deo h̄z in celo. **A**n-
sel. **U**nusq̄sqz gaudet tantū de alterius
merito q̄ntū de suo p̄prio. **S**i mariam
interrogares. rūderet qz veller̄ tecū p̄ctō-
pare oīa sua merita et gaudia. **S**i xp̄m
respōderet qz daret̄ tibi veller̄ ea gaudia

quere vestimenta
in cor domini dicit
morare potes. **P**
adram. **S**icut e
res stellas. **S**icut
Penitētia agit
celo. **S**icut i. **S**
res: et mille p̄ p̄
Simpliciter
vtraque. **A** **S**
mior velle pe
ap̄ls crucis v̄
caro. **P**enitētia p̄
qz ab om̄o m̄
potissima potētia
tis d̄nab̄. qz de oi
in m̄to m̄ d̄ peni
centi. **I**tem oī cr
nar. et q̄q̄ qualie
p̄ctō in latrone q̄
In oī loco qz p̄ctō
angls nec alijs sc̄o
ra: qz plus meriti fac
qz p̄ctō in mille an
in purgatorio potētia
conq̄t penitētia v̄
gl̄am: cū h̄ cētū milia
Leamū v̄ licet iud
rodes. **C**hrysto. **O**
gata solus oīa ad
p̄ctō r̄uinas. **S** **A**
p̄. **D** **C** **A** **M**ia oī
tera r̄p̄ctū d̄i et p̄
ei. **P**enitētia p̄ctō d̄
beret. **Q**uia in infer
Item q̄q̄ p̄ctō m̄
in mala toleranda d̄
viter? ad lucē redit
viter? m̄l̄cia p̄ctō

que nec ocul^o vidit nec aur^{is} audiuit. nec in cor hominis ascendit immo nec ea numerare potes. Unde dixit domin^{us} ad abraam. Suspice celū: si numerare potes stellas. sic nec gaudia celi.

Penitētia quō sit op^s.

Penitētia respectu dei z p^{ro}coris est op^s: Nulla creatura neq^{ue} in celo neq^{ue} in terra. nō oēs martyres neq^{ue} apostoli neq^{ue} p^{ro}phete. neq^{ue} p^{ro}phetae: neq^{ue} virgines: s^{ed} sola penitētia placat deū p^{ro}cori. Un^{de} ip^e dixit Math. 3. Penitētia agite: appropin^{qu}abit ei regnū celoz. Ecclⁱ 12. Altissim^{us} odio h^{ab}et p^{ro}coros: z miser^e ē penitētib^{us}. Ezechiel. 18. Si impius egerit p^{ro}niaz ab oī p^{ro}coro suo vitaviuet. Act. 3. Penitemini z cōuertimini vt deleatur p^{ro}cora vestra dixit pet^{rus} ap^{osto}l^{us} s^{ed} crucifixoz xp^o. sic z dicit tibi peccatori. Penitētia potētissima ē in oī t^{em}p^{or}e q^{ui} ab initio m^{un}di vsq^{ue} in finē durat eius potētissima potentia. q^{ui} nūq^{uam} ver^e penitēs dānabit. q^{ui} de oī g^{en}te hoīm iueniūt in inferno nisi de penitētib^{us} vere et innoctētib^{us}. Itē in oī etate z in q^{ui}lib^{et} etate saluat. z q^{ui}q^{ue} quasi i extrema sufflatōe vt patet in latrone q^{ui} cū xp^o i cruce pepēdit In oī loco: q^{ui} p^{ro}cori celū ap^{er}it. q^{uod} null^{us} ang^{el}us nec aliq^{ui}s sc^{ri}pt^{ur}az facē posset In terra: q^{ui} plus mereri facit penitēte vno die q^{uam} peccator in mille annis. In inferno z in purgatorio potētia exercet. q^{ui} vtrūq^{ue} extinguit penitētib^{us} vere z p^{ro}fecte. In oī p^{ro}sona: etiā si cētū milia mortes meruiss^{et} Etiam si sit sicut iudas vel pylat^{us} v^{el} herodes. Chrysost. Penitētia omnia ligata soluit. oīa aduersa tu mitiga oīa p^{ro}mita tu sanas. Sap. 7 Cū sit vna oīa p^{ro}pt. **P**enitētia oīa potest in celo. z in terra respectu dei z p^{ro}coris p^{ro}ter quatuor: Prīmū ē p^{ro}cori de inferno nō posse liberare. Quia in inferno n^{on} ē redēptio Un^{de} greg^{orius}. xi. li. moral^{ium} Quisq^{ue} ad inferni mala toleranda descēderit: nequaq^{ue} vlt^{er}ius ad lucez redibit. Quia nequaq^{ue} vlt^{er}ius miscōia parcēz libeat. q^{ui}s semel i

locis penalib^{us} iusticia iudicātis dānat. Ergo p^{ro} dānatis nō est orādū. q^{ui} nūq^{uam} liberabuntur. Un^{de} d^{icit} Aug^{ustinus}. Si scires p^{ro}cem meū in inferno. non plus orarē p^{ro} eo q^{uam} p^{ro} diabolo. Licet aut^{em} p^{ro}nia nō possit hominē de inferno liberare. p^{ro} tamē a portis inferi. id est a peccat^{or}ib^{us} mortalib^{us} dū homo viuit ip^sm p^{ro}corē eruere Tante est potētie. Hoc nemo ali^{us} nec in celo nec in t^{er}ra p^{ro}t. Scōm q^{ui} non potest ē q^{ui} virginitatē p^{ro}ditā nō p^{ro}t restituē. Un^{de} de Isid^{oro}. de summo bo. De p^{ro}ccm p^{ro} penitētia recipit vuln^{er} sanitatem. virginitas aut^{em} si labit nulla penitētia reparatur ad integritatē. Et licet penitētia virginitatem non possit reddere. potest t^{am} peccatorē penitēte virgini equalem vel maiorē in celo efficere: q^{ui}uis aureolā nō valet ip^e penitens reb^{us} habere. Verbi g^{ra}tia. Beatus Pet^{rus} ap^{osto}l^{us} maior ē q^{uam} m^{ul}te virgines q^{ui}uis aureolam non habeat. Sicut z maria magdalena. z m^{ul}ti alij sancti. Sed aureolam virgo corrupta neq^{ue} q^{ui} habere potest: etiā quantumq^{ue} peniteat. Un^{de} Hieronimus. Audēter loquor cum omnia possit deus. suscitare tamē non potest virginem post ruīnam valet quidē liberare de pena: s^{ed} nō valet coronare corruptā. Tertium q^{uod} nō p^{ro}t est q^{ui} tempus inutiliter p^{ro}ditum nō p^{ro}t restituere: Et licet nō possit tempus p^{ro}ditum restituere: tamē potest deo p^{ro} eo sat^{is} facere Quartū est: q^{ui} opa de g^{en}te bonoz mortua. i. opa facta i p^{ro}coro mortali nō potest viuificare. Et licet non possit opera mortua viuificare: p^{ro}t t^{am} opa mortificata resuscitare. i. illa bona opa q^{ui} sūt i gratia ātea facta. z postmodū p^{ro} seq^{ui}ns mortale peccatū mortificata. illa opa ip^sa penitētia reuiuiscere facit. S^{ed} illa opa q^{ui} sunt facta in peccato mortali nūq^{uam} reuiuiscunt. versus. Viuere non poterūt q^{ui} nūq^{uam} viua fuerūt. Sciendū q^{ui} penitētia in trib^{us} p^{ro}sistit. scz i p^{ro}stritōe v^{er}ba. z p^{ro}fessione pura. z satisfactōe. de q^{ui}b^{us} nūc per ordinē dicēdum est.

De sacramento

De prima parte peniten-
tie. scz de contritōe.

Contritiō s̄m b̄m Thomā sup
4. dist. i7. est dolor voluntarie.
assumptus p peccatis cū positi-
to cōfiteñdīz satisfaciendī. Querit̄ vtrū
contritiō debeat esse maxia. R̄ñ deo quā
tū ad iteriorem dolorē z displicētiā dz
esse maxim⁹ dolor. qd̄ pbat̄ p tria. **Pri-**
mo: qz̄ i nulla re debem⁹ h̄ere tantā com-
placētiā sicut i deo. mō hoc totū perdi-
mus cū pccō mortali. z contraria contritiō
curant̄. Ergo de pccō cōmissō maximū
dolorēz displicētiā h̄ere debem⁹. **Se-**
cundo pbat̄ qñ quis offendit aliquē di-
lectū q̄nto pl⁹ de h̄ dolet tanto mag⁹ eū
dilexit. Sed deū sup oīa diligē debem⁹
quem peccādo offendim⁹. igit̄ zc̄. **Ter-**
tio pbat̄ qñ quis aliquā rē perdit tanto
plus dolet quāto melior ip̄a res ē. **Qu-**
hō plus dolet de amissione vnius floze-
ni q̄ denarij. Sed deus est summū z in-
finitū bonū quem peccando offendim⁹
z perdimus. igit̄. zc̄. Ex quib⁹ sequitur
q̄ dolor contritiōis q̄ntū ad iteriorem dis-
plicētiā dz esse maior omni dolore q̄ tē-
poralit̄ p̄t hōi accidere. etiā si oīa bona
temporalia pderet. vel pat̄ z mat̄ vlxor z fi-
lij. z cōiter oēs sanguinei morderent. **Er-**
go i vera amaritudine cordis z contritiōe
deslere debem⁹ offensam dei z mortē no-
stre pp̄ie aīe. **Uñ Innocenti⁹ de vilita-**
te z ditōis hūane. Sentiat se culpabili-
ter durūz dure culpabilem q̄ amici sui
mortē corpalem deplorat. z sp̄ialem aīe
sue mortem non desler:

Quatuor sūt signa contritiōis.

Contritiōis signa sunt quatuor
per que cognosci potest an de-
us per contritiōem indulserit
sibi peccata. qz̄ sine vera contritiōe nul-
lo mō sit remissio peccatorum. **Primūz**
signū s̄i de preteritis peccatis dolet: z i fu-
turū se firmiter cauere pponit. sic q̄ portus
veller subire oēm penam in generali
loquendo. vel etiā mortē corporaliter vlx

mēdicare q̄s ampli⁹ scient̄ mortalit̄ pec-
caē. **Uñ ap̄ls. Quis nos sepabit a cha-**
ritate ch̄i. an p̄secutio aut fames. **Se-**
cū dū signū est si ip̄e penitēs paratus est
facere satisfactionem leſis sue in rebus:
scz restituendo omnia iniusta. sine fama
scz reuocando q̄ falsez mendaciter suoz
proximum ifamauerit. siue in corpore vul-
nerando. siue virginitatem in corpore vul-
rumpendo: z sic de alijs offensis. **Et in**
quibus non potest satisfacere doleat. et
habeat ppositum satisfaciendū cum aliq̄
modo potest. **Unde Bernar. Qui ve-**
raciter penitet quicqd̄ sibi p culpa quā
odit iniungit̄: tacita conscientia patien-
ter amplectitur. **Tertium signum** q̄ p-
cat offensoribus quomodo cūq̄ z quan-
tum cūq̄ z q̄s grauit̄ offensus sit ab alio
siue in reb⁹ siue i fama siue i p̄sona. **Uel**
etiā si grauior offensio aca d̄isset vlx in fu-
turū accideret parat⁹ ē i aīo suo pp̄t deū
indulgere. vt d̄s sibi pccā sua indulgear.
Sed q̄ nō vult indulgere: nō est vere contri-
tus. nec ver⁹ penitēs. **Uñ Ch̄iso. d̄ cō-**
punctōe cordis. **Qualēvis erga te eē de-**
um cū delicto p̄ueniā poscis: talē te exhi-
bere debes his qui deliquerūt i te. **Uñ**
Aug⁹. Unusq̄sq̄ talē indulgētiā acce-
ptur⁹ est a dō q̄lem z ip̄e dederit. **Primo**
Ergo illi qui adhuc stant in rancore: et
nolunt indulgere: non sunt absoluedi.
nec cum sacra communione communi-
candi. **Quartum signum** est si officium
vel negociū qd̄ sine pccō mortali non p̄t
exerceri parat⁹ est resignare. **Ergo illi q̄**
h̄nt t̄lia officia. q̄ nllō mō sine pccō mor-
tali p̄ficere p̄nt: sic traditores lenones. z
sic de alijs. **Et p̄ quib⁹ inhibet̄ eis comu-**
nio) semp sūt in pccō mortali z i seruicio
diaboli die noctūq̄. z insup sunt p̄ua-
ti omni bono totius ecclesie. z nihil possunt
in isto statu facere quod sit eis meri-
torium vite eterne. licet quandoq̄ confiteantur.
tamē nihil valet eis talis cōfessio
ex quo desistere a tali officio nolunt.
Sed hoc non intelligitur de ill⁹ quib⁹

vent antea boni
late ai do p̄fili
nos. z sic de alijs
bonis: z sumit̄
omnes labores
m̄dēdē laborē
habebunt nō
lenti habent paup̄
gno. z am̄o: cetero.
ergo omnes r
res debent h̄ere
cere. z omni d̄o
potenti offerri
eterna. **Uñ**
p̄ intentionē
ps. **Labores m̄**
Uñ
liber peccato mort
trum damna
omni peccato mort
sio voluntatis a dō
zom̄s curant̄ op̄
h̄ere p̄ mortali sit ac
ceto ad d̄i que d̄le
lant. **De peccatis**
et generalis contri
cordi d̄m z dolen
de peccato obli
lert̄: sed d̄ obli
gigētia contigat.
p̄o maior debet esse
nuca offēdē aīo p̄
in iustitiam requirit̄
p̄mo possit tollere
R̄spondet̄ m̄ p̄
centio p̄ accēdē vlx
rit̄: q̄ causet̄ vlx
ex parte dolētis qu
z vtrūq̄. mō p̄
tio q̄ tota pena rem
ret de latrone q̄ cū
Exemplum i v̄pale
re Innocenti⁹ pape
igne lib̄ d̄m̄s accu
mauit filium. de q̄
suum alter⁹. **Et**

bent artificia bonaz honesta z utilia que
 licite cū dō possūt fieri sicut furones .sar-
 tores .z sic de alijs **E**t tales qñ fidelit la-
 borant: z sunt sine peccato mortali tunc
 omnis labor erit eis meritorius. **S**ed si
 infidelit laborat: z fraudulent: tñc tales
 habebunt duplex dñum: quia hic ip̄
 senti habent paupertatem in labore ma-
 gno. z cum hoc eternam dñatōem ī fu-
 turo. ergo omnes mechanicī z laborato-
 res debent suos labores fideliter perfici-
 cere. z omni die oēs labores deo omni-
 potenti offerre: tunc retribuet eis in vita
 eterna. **Uñ Greg⁹** **Q**uē bonū qđ agim⁹
 p̄ intentionē semp ad celestia leuem⁹ vñ
 ps̄. **L**abores manuum tuarum. zc.

Querit vtrū requat̄ contritio d̄ q̄
 libet peccato mortali. **R**espōdeo fm̄ pe-
 trum damascenum in. 4. dist. 17. **Q**uē in
 omni peccato mortali est actualis auer-
 sio voluntatis a deo ad p̄ccm. z contraria
 contrariis curant: oportz q̄ ī omī remis-
 sioe p̄ccī mortali sit actual' auersio a pec-
 cato ad deū: que qđdem contritio appel-
 latur. **D**e peccatis tamen oblitis suffi-
 cit generalis contritio cum conatu ad re-
 cordā dum z dolendum. **S**ed nec solū
 de peccato oblitō debet qđ in genē do-
 lere: sed z obliuione eiusdem que ex ne-
 gligentia contingit. **I**tem sciendū qđ de
 peccō maiori debz esse maior dolor quia
 maiori offēse maior pena debetur z ma-
 ior satisfactio requiritur. **Q**uerit vtrum
 contritio possit tollere totū reatum pene
Respōdeo fm̄ pe. vbi. s. contritionis ac-
 censio p̄t attēdi dupliciter. vñ ex pte cha-
 ritatis: q̄ causat displicētiam peccati. vñ
 ex parte doloris qui in sensitua excita-
 z in introqz mō potest tñm intēdi cōtri-
 tio qđ tota pena remittit. **E**xempluz pa-
 ter de latrone qđ cū xp̄o pepēdit in cruce
Exemplum ī dialogo **L**esarij. **T**ēpo-
 re **I**nnocenti papē erat mulier quedaz
 igne libi dinis accensa que p̄prium ada-
 mauit filium. de quo concepit z genuit
 filium alteruz. **T**errore igit̄ percussa mi-

ro modo dolet timēs se tradī sathane yē
 morte subitania iterire. **D**eō miserāte d̄
 satisfactōe anxīari cepit. p̄ habito igit̄ p̄
 us p̄silio sacerdotis sui: infantulū secum
 tollēs romā venit cū multa ip̄ortunitate
 z magna p̄tritōe dñi **I**nnocenti oculis
 se ingessit: cū tantis lachrymis z clamo-
 ribz cunctis audicribz faciens p̄fessionē
 vt oēs verterēt in stuporem **B**estauit in
 brachijs infantē cōmissi sceleris testem.
Videns dñs papa in muliere tantā cō-
 tritionem. z quia vere esset penitens: mi-
 scōdia motus super eam sicut prudens
 medicus volens infirmum plene z cito
 sanare: medicinam etiā vere contritiōis
 p̄bare p̄cepit. vt in tali veste corā eis ap-
 pareret: in quali venerat ad filium cum
 peccaret. **I**lla cōfusionem et nā tempo-
 rali antepōens: mox exiuit. z vestes de-
 posuit z i camisia redijt. **E**t qđ paratiss-
 sima foret ad omnē satisfactionē in tali
 obedientia satis ostendit. **C**onsiderās
 vir beatissimus tali obedientie taliverē-
 cundie tali penitētie nullius peccati pe-
 nam posse resistere: coram omnibz dixit
 ad mulierem. **D**imissum est p̄ccm tuuz
 vade ī pace: z nihil ampli' iunxit ei **I**n-
 diuit hoc qđā d̄ cardinalibz: murmurā-
 do rephendit papā dicēs ad tātā culpā
 tā breuē p̄niam nō sufficere. **C**ui ille res-
 pōdit. **S**i ego iuste egi cū muliere ista
 z si insufficientes est p̄niam ei⁹ corā dō potesta-
 tē hz diabol⁹ igredi corp⁹ meū et coraz
 oibus me vexet. si vero iuste me rephē-
 dis sile tibi fiat. **E**t statim diabol⁹ car-
 dinalē eundē vexare cepit: p̄ cui⁹ vexa-
 tōem perfectā mulieris p̄niam d̄cus pa-
 lam ostendit. **T**andē cōmuni oratione
 purgatus cardinalis didicit ī suavexa-
 tione diuine misericordie de cetero non
 oblatrare.

De confessione.

Quē confessio fm̄ **R**aymūdū est le-
 gittima coram sacerdote pecca-
 ti declaratio. **Q**uerit. vtrū p̄fesi-
 sio sit de necessitate salutis. **R**espōdeo

De sacramento

